

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

XXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

octava S. Laurentij. Uxor ejus fuit Johanna
comitissa Montisbellicardensis, quae post mortem ma-
riti nupsit secundo Comiti a Catten Mar-
chionem hunc opera Ruysserti palatini Liebenzellam
ab Erckingero, sive p[er] sua q[ui]busdam signat[ur]a u[er]ba
occupatam recuperasse scribunt, Tyrannem de Surre-
aris celsissima precipitate an. 1296. Alij historiam
hanc parenti Hispanis tribuunt, quod tamen fides
chronologia non concedit.

XXI. Hermannus VII. Marchio Veronensis, D[omi]nus
de Baden, regnat Badena, dictus marchio junior,
Ebersteinij Dominus, ex matre cognomento Weckerus,
primogenitus Rudolphi 1290. Uxorem habuit Agne-
tem sororem Conradi et Henrici comitum Vaihinger
/ Liffor p. 158. ponit Geustam Anhaltinam: / de
Hermanno hoc narrari puto, quae leguntur in libro
quodam M. J. Collegij Suedelfingensis, Verba formalia
haec sunt: An. 1286. Marchio Hermannus de Baden,
et filij ejus, habentes plusquam 6000. armatorum
equitum et peditum cum Burcardo comite palatino
pugnarunt, prope Castrum Altenstaig ante asump-
tionis, ubi multi capti et interfecti sunt per N. de
Bulo et Dominus castri in vigilia S. Hiliani traditus
Castrum Altensteug. Hermannus hic tres ge-
nuit filios, Rudolphum propagatorem familiae.
Fridericum, Hermannum VIII. qui vixit an. 1296.
obit an. C. 1300.

Fridericus II. omisso titulo marchionis Veronensis
Marchio de Bada, et quia veterem arcem Eberstein
incolebat, Sive G[er]ardus Sive G[er]ardus dicitur, suc-
cedit patri primogenitus, moritur an. 1297. 10. Kal.

Julij, celeberrimus miles et Dux magnanimus.

Uxorem habuit Adelheidam comitissam a Beuchlingam, qua vidua, facta est monialis in Lichtendal, creata abbatissa an. 1336. mortua 1348. 11. Kal. Hac genuit filium

Hermannum IX. marchionem de Baden, et Dñum veteris Eberstein, unde dictus Dñs Marggrau von Eberstein. Militavit Ludovico Bavaro Casari, ob. 1353. id. April. sine liberis: nam Fridericus et Rudolphus, quos ex Uxore Mechtilde filia Conradi comitis à Vaihingen susceperat, ante patrem obierunt.

XXII. Rudolphus V. Canonicus primus Spirensis 1306. sed postea duxit uxorem, et cum fratre Friderico II. hereditatem paternam divisit an. 1309. factus Dñus in Forzen, militavit Friderico Austriaco Casari, et deinde Henrico VII. Imp. ob. 1348. Kal. Jun. habuit duas uxores, primus Lucardam viduam Alberti comitis à Löwenstein, qua fundavit Hospitale Forzense an. 1322. obiit 1324. Ex hac quoque liberos suscepit, sed ante justam etatem mortuos. Uxor altera fuit Maria comitissa ab Oettingen, Landgravia Elfatia, soror Ludovici et Friderici Comitum, vixit longe post maritum. Ex hac nati Fridericus III. propagator familie. Rudolphus VI. cognom. Wecker, qui militavit Carolo IV. Casari: obiit 1361. 5. Cal. Sept. Uxorem habuit Adelheidam, filiam Ulrici comitis ab Helfenstein, ex matre Walburga comitissa Bilingensi, qua vivit post maritum 1362. sine liberis.